Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1705
Quelle:
Copyright:



currit, ſed additur: *Finitus eſt iſte tractatus anno milleſſimo 400 primo.*

VI. *fol.* 137. p. 2. absque titulo Enarratio *Paſſionis* Dominicae ducto initio a *Matth.* C. 26. *Et factum eſt, cum conſummaſſet Ihesus ſermones hos omnes* &c. Gloſſa. *Videlicet tempus eſt conſummacionis ſeculi* &c.

VII. *fol.* 148. p. 2. Alia ſimilis Enarratio, quae vero orditur a *Job.* C. 18. *Egreſſus eſt ihesus cum diſcipulis ſuis trans torrentem cedron* &c. *Poſtquam chriſtus ſurrexiſſet a cena ympno dicto i. graciarum actione transiuit ad ortum* &c. Utraque haec Enarratio, ſi methodum ſpectes, ſatis conſpirat cum ea, quam inter *Huſſi* Opera vulgarunt edit. *cit.* T. II. p. 12.

VIII. *fol.* 165. *Incipiunt propoſitiones et articuli Reuerendiſſimi in chriſto patris Richardi primatis ybernie* &c. Exacte, ut *Codd.* DXLVII. et aliis, ad quos remitto. *Armacanus* nempe *Wiclefianis* et *Huſſitis* digniſſimus omnibus titulis videbatur.

IX. *fol.* 176. p. 2. *Sermo Richardi epiſcopi Archiepiſcopi ſancti Pauli londonienſ.* &c. inepte, ut *Cod.* CCCCX. quem vide. Ad calcem hic: *Finitum eſt anno Domini milleſſimo 400 primo ante Judica in Praga et eodem anno facta eſt magna diſſenſio inter regem et dominos et regem Vngarie. Item eodem anno presbiteri in Bydzowia iuueni* (Neubiczow in Prov. Reginaehradec.) *obtinuerunt ſententias ſuper fratres minores de infamia Jobannis presbiteri pro tunc predicatoris in predicto loco.*

X. *fol.* 184. p. 2. Sermo ἀνεπιγραφος tractans de Praeceptis Decalogi hoc initio: *Rex nabuchodonoſor vidit ſtatuam in ſompno* &c. Nabuchodonoſor dicitur *homo peccator*, Daniel *predicator*, lapis avulſus *chriſtus dominus de uirgine natus* &c.

## CCCCXXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 105. 4. currente calamo non ab una manu perſcriptus, continet ſequentia: I. *Sermones M. H. quos voluit proponere coram concilio.* Prior in edit. *Opp. Huſſi* T. I. 1715. p. 60. f. inſcribitur: *De Fidei ſuæ elucidatione*, et incipit: *Quia ſine fide impoſſibile eſt* &c. Alter titulum *De Pace* praefert p. 65. hoc initio: *Dominus noſter ihesus chriſtus perfectus mundi redemptor* &c. 910

II. *fol.* 18. p. 2. Quaeſtiones V. Theologicae diſputatae, quarum 1.) *Vtrum lex ihesu chriſti veri dei et veri hominis per ſe ſufficit ad regimen eccleſie militantis.* 2.) *Vtrum a primo ente intellectiuo et immutabili omnipotenti omniſcienti dependeat optima diſpoſicio vniuerſi.* 3.) *Vtrum deus, qui eſt principium et finis omnium producens res ad extra immutabiliter, regat mundum optime. et ad actum malum non concurrens permittat beniuole fore malum.* 4.) *Vtrum omne teſtimonium fidei*